UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

6 [i.e. 5]. De beneficiis peculiaribus, cuiq[um] propriis

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

pias ſuggeſſerit, & ad reſipiſcendum vocauerit eũ, qui nil aliud faciebat, quã quod vocantem offenderet. Quod deniq; clamore tam alto vocarit, vt non ſecus, quã Lazarum à morte ad vitam reuocarit, ac tanta gratia ornarit, vt etiam ſuaue ſit & iucundum à priſtinis peccatis abſtinere, & Deo ſeruire.

MEDITATIO VI.

De beneficiis peculiaribus, cuiq; propriis.

CONSIDERA, ſi quæ peculiaria à Deo beneficia tibi tota vita tua cõtigerint, quæ non ſunt aliis, etiam Catholicis, inter quos vixiſti, communia, ſiue ſint naturæ ſiue fortunæ, ſiue gratiæ. Naturæ & fortunæ eſſe poſſunt hæc: Quod infans non ſis in vtero materno extinctus. Quod nõ ſis natus ex parẽtibus infamibus, illegitimis, hæreditario morbo infectis, corpore vitiatis, magis & veneficis, mendicis, latronibus, aliisque nebulonibus. Quod à parentibus piis ab infantia educatus, & ab iiſdem pædagogis magiſtriſq; catholicis ac probis traditus inſtruendus. Quod ſeueriora diſciplina domeſtica, & ſcholaſtica, fugeris à ſocietate petulantiũ laſciuorum-

que puerorum, & à variis peccatis abſtra-
ctus.

2. Conſidera beneficia particularis gra-
tiæ, maximè poſt annos pueriles. Quod
tibi præceptores obtigerint docti & pii, q
ſimul veram pietatem Chriſtianam cum
litteris inſtillarint Quod occaſionem ha-
bueris multas cõciones & exhortationes
audiẽdi. Quod ad eas ſcholas, Achademi-
as, hominumq; piorũ ſodalitates peruene-
ris, in quibus frequẽs eſt vſus ſanctiſs. Sa-
cramentorũ Confeſſionis & Euchariſtiæ:
vbi multa præclara exempla veræ pietatis
publicè, priuatimq́, cernuntur Vbi vigent
exercitationes repetitionum quotidiana-
rum, diſputationũque priuatarũ, & pub-
licarum. Vbi nulla eſt iuuentutis vanitas
& diſſolutio, vbi ſumma erga præcepto-
res obedientia & reuerentia. Vbi deni-
que libere exercitationi omnium bono-
rum operum ipſique honeſtati ſine cuiuſ-
quam ludibrio & conuitio, quiſq; vacare
poteſt.

3. Conſidera alia beneficia magis arca-
na & occulta, tibique omnino propria,
vt ſi ſis à parẽtibus hæreticis natus, in hæ-
reſi ab hæreticis præceptoribus inſtru-
ctus, & tamẽ tandẽ mirabiliter ad veã fi-
dem tra-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dem traductus: ſi in ea perſtiteris, etiam poſtquam à parentibus vel amicis es exhæredatus, vel derelictus. Item, ſi à ſocietate malorum ſingulari gratia abſtractus. Si ex ſordibus grauis alicuius peccati, in quo diu hæſeris, emerſeris & à periculo ſingulari, vel animi vel corporis liberatus, vt à naufragio, à morte poſt lethalia vulnera, à grauiſſima tentatione, v.c. ſe necandi, vel ab aliis periculis tibi ignotis. Quis enim ſcit, à quot tentationibus te Deus pſeruarit, à quot occaſionibus peccandi? quoties laqueos inimici in via extenſos ruperit, ne illis implicareris? Quare ſicut pro occultis peccatis quotidie oras cum propheta. *Ab occultis meis munda me* Pſ. 18.
Domine, ita & pro occultis iſtis beneficiis debes gratias agere.

MEDITATIO VII.

De beneficio æternæ Prædeſtinationis.

CONSIDERA hoc beneficium non eſſe 1.
commune; ſed peculiare, eorum duntaxat, qui ab æterno à DEO electi ſunt ad vitam æternam, quod eſt omnium beneficiorum maximũ, & gratia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN